



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quare Colloquia talia Religioni inutilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Bona inde
prefecta.*

*Quare Collo-
quia talia
Religionis
innocua.*

dogmatū Fabros discrepantia , ac dissensio sen-
minus præcipites fore populos ad ruinam : mi-
tos etiam ex inductis respecturos constantia-
veritatis, seq; Ecclesiæ sanctæ reddituros. Deinde
sacri Imperij ordines, si perpendere vellent Ad
Colloquij, liquidò cognituros, quam petulant
Hæretici se, quam præfractè, impudenterq; qu-
fissent: vnde ex facili cōstaret cum eiusmodi m-
ribus nequaquam habitare castitatem , boni
temq; doctrinæ neq; conscientiæ fiduciam sta-
Postremò plane tandem compertū, exploratu-
que fore, nullam per ea colloquia concordia
sperari posse. Quippe, vbi dissensio dogmatū
est, vt consensio fiat , necesse est vel altera pars
sua decedat sententia , in alteramque concedat
quod Orthodoxorum fidei nefas est , ne verit-
tem prodant: Sectariorum vero cum intolerab-
le superbiæ, tum insuperabile peruvicaciæ , nevi-
eti, domitiq; videantur. Vel utraque in medium
quiddam, aliquantum de suo gradu mota, con-
ueniat , quod item salua pietate cōmitti nequit
Nam & quicquid de vano cultu relinquas , &
quicquid de vero demas , perinde in religionem
peccas. Atque hæc in primis est causa, cur vel irritu-
semper



fio semper id genus colloquia, vel perniciosa fere
 sanctitati ceciderint: quod rerum magis poten-
 tes, quam sapientia vera pollentes homines, dum
 temperamentum aliquod, in quod sine fraude
 coueniatur, excogitari posse opinantur, non satis
 animaduertut quicquid latro de praeda cum eo,
 quem spoliauit, paciscatur, spoliati iniuriam esse,
 cui totum debetur, quod raptum est: & lucrum
 latronis, cui nihil præterquam poena debetur. Spe-
 rabat ergo Canisius (nec temere sperauit) post.
 hæc fore ut ab huiusmodi tractatione concordia
 Principes ad remedia alia verterent curas. Om-
 nium opinione constitit neminem in eo confli-
 ctu plura quam Canisium scripsisse, recitasse, op-
 posuisse: nec modice auctam Hæreticis, quam
 hauserant de illo, deque Societate formidinem.
 Totum ille euentum adscribebat sacrificiis, ac
 precibus sociorum.

Sed admirari iuuat Hæreticorum mentiendi
 impunitatem, & impudentiam. Dum Heros in-
 uictus murū se pro Dei Domo inexpugnabilem
 opponit, & victorias de hostibus præclarissimas
 refert, sparsere per Saxoniam infelices mendacio-
 rum figuli, Canisium post congressum cum Phi-
 lippo

*Canisio pri-
ma laus ex
eo Colloqio.*

*Hæreticorū
de eo Fabule
duæ.*